



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.

6. Martij. Pridie Nonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

166 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, ser. 26. de divers.

Humi-
litas.

O mira vanitas, ô mira fatuitas cor-
dis nostri! cuius elationem perfectè
reprimere, cuius cervicosos motus o-
mnino domare: humilitatis materia
tanta non sufficit, quin superbiat ad-
huc terra & cinis.



6. Martij. Pridie Nonas.

Obiit
anno
1276.
6. Non.
Mart.

Perse-
veran-
tia.

BARNULPHÆ; qui in Villario
Cisterciëbus adscriptus, pro virtu-
tum merito, tanquam sedulus discipli-
næ monasticæ observator, Abbas S.
BERNARDI in Brabantia constitu-
tus es. Sed gubernandi felicitas, & vi-
tæ sanctimonia effecit, ut vacante in
Villario Abbatiali sede, communibus
votis revocatus, & in Patremfamilias
electus fueris. Non frangebant etiam
senem labores: sed in ijs usque ad ex-
rema perseverans, nomen sancti me-
ruisti apud posteros; & apud superos
gloriæ coronam. Impeira mihi sanctam
in bono perseverantiam. Hanc enim si pos-
sederò, non possum de præmio amigere:
cùm illa, velui sola, ita certò coronet.

Ve-

Venerabilis Mater A N N A, Pondu-
nij Abbatissa: quæ nobilitatem gene-
ris famulatui divino postponens, uni-
Obiit
anno
1244.
Christo amores tuos addixisti. Cui ut
velut gratissima sponsa placeres, duo-
rum præcipue monilium ornatu te in-
duisti: dein issione nimirum & purita-
te animi. In qua tam sublimem perse. Puri-
ctionis gradum assedita es; ut ne à tas in-
longè quidem aliqua mundum (multò signis.
minus immunditiam) redolens cogi-
tatio te pulsaret. Magna fuit hæc, & ra-
ris concessa gratia. Sed ab illius datore &
amatore Deo, hand dubiè per tuas preces
impertranda: quas ut pro me fundas, sup-
plex te invoco.

S. BERNARDUS, ser. 31. de diversis.

Cogitationum genus immundum ni-
mis, ac fætidum, nec admittere qui-
dem ulla ratione debemus: sed à lon- Princi-
pijs ob-
sta. &c.
gè præsentire fætorem, & tota vir-
tute repellere, toto animo propulsare:
& converti statim ad gemitus, lacry-
mis ac suspirijs invocantes spiritum,
qui adjuvat infirmitatem nostram.

